Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



imponens illum in iumentum suum
duxit in stabulum et curam eius
egit. et altera die protulit duos
denarios. et dedit stabulario. et ait
Curam illius habe. et quodcumque
sup erogaueris ego cum rediero
reddam tibi. Quis horum trium
iudicatur tibi proximus fuisse il
li qui incidit in latrones. At ille
dixit. Qui fecit misericordiam i
llum. Et ait illi iesus. Vade et
tu fac similiter. Factum est autem
dum irent. et ipse iesus intrauit
in quoddam castellum. et mulier
quedam martha nomine excepit
illum in domum suam. Et hui
erat soror nomine maria. Que
etiam sedens secus pedes domini
audiebat uerbum illius. Martha
autem satagebat circa frequens mi
nisterium. Que stetit. et ait. Domi
ne non est tibi cure quod soror mea re
liquit me solam ministrare. Dic
ergo illi ut me adiuuet. Et res
pondens dixit illi dominus. Mar
tha martha sollicita es. et turbaris
ergo plurimum. Porro unum est ne
cessarium. Maria optimam prem
elegit que non auferetur abea.

Et factum est cum esset in loco quoda
orans ut cessauit dixit u
nus ex discipulis suis ad eum. Do
mine doce nos orare sicut. et iohan
nes docuit discipulos suos. et ait
illis. Cum oratis dicite. Pater sanc
tificetur nomen tuum. Adueniat
regnum tuum. Et fiat uoluntas
tua sicut in celo et in terra. Panem
nostrum cotidianum da nobis
hodie. Et dimitte nobis peccata
nostra quidem. et ipsi dimittimus omni
debenti nobis. Et ne nos inducas i
temptacionem. sed libera nos a malo
amen. Et ait ad illos. Quis uestrum
habebit amicum. et ibit ad illum me
dia nocte. et dicet illi. Amice. Accomo
da mihi tres panes quoniam amicus
meus uenit de uia ad me. et non ha
beo quod ponam ante illum. et ille
de intus respondens dicat. Noli mi
hi molestus esse. Iam ostium clausum
est. et pueri mei mecum sunt in cubili
non possum surgere. et dare tibi. Et
ne si perseuerauit pulsans dico uob
si non dabit illi surgens eo quod am
icus eius sit. propter improbitatem
tamen eius surget. et dabit illi quod
quot habet uiros. Et ego dico uo
bis. Petite. et dabitur uobis. Querite
et inuenietis. pulsate. et aperietur
uobis. Omnis enim qui petit accipit
et qui querit inuenit. et pulsanti
aperietur. Quis autem ex uobis patrem
petit panem numquid lapidem dabit
illi. aut piscem numquid pro pisce
serpentem dabit illi. Aut si petierit
ouum numquid porriget illi scorpio
nem. Si ergo uos cum sitis mali
nostis bona data dare filiis uestris.
quanto magis pater uester de celo
dabit spiritum bonum petentibus
se. Erat iesus eiiciens demonium
et illud erat mutum. Et cum eie
cisset demonium locutus est mutus
et admirate sunt turbe. Quidam